

928
mum quoque supplicium pertinebat, Gen. 21, 14; 38, 24; quod per legem Mosaicam ita restrictum fuit, ut pater, si filium mortis reum judicaret, causam in foro ageret; sed similiter statuit, ut iudex sententiam mortis ferret, si filius convictus esset maledixisse, vel verbera intulisse patri aut matri, aut si probatum esset filium esse luxuriosum nebulonem, protervum et contumacem, et emendari non posse, Exod. 21, 15, 17. Lev. 20, 9. Deut. 21, 18, 21. Ceteroquin potestas patris per leges fundamentales, Exod. 20, 12, consuetudo fuit, ne finisleret nisi mortis patri. Qui autem antea, quæcumque ratione facultates acquisiverat, parentibus, non modo animo et verbis, sed etiam honorariis seu donis gratum animum testari iussus erat, Math. 15, 5, 6. Marc. 7, 11, 15. Olim potestas paterna prolixius permagras erat autoritatis, et ipsa quaque parentum beneficiorum vel maleficiorum magni fiebat, Gen. 9, 2, 7; 49, 2, 28. Exod. 20, 12.

§ 167. *Testamentum.* — Defuncto patre, filii propriam economiam obtinebant hereditatem, qua plerisque in sequales dividebatur; solus enim primogenitus duplum portionem tulit. Pater ultimam voluntatem eorum testibus, et probabilitus quoque coram heredibus, exponebat, 2 Reg. 20, 1; recentiori autem anno testamente scripta invaleverunt. Filii pellicum arbitrio et amori paterno reliqui erant; Abrahamus non solum Ismaelum, sed etiam filios ex secunda uxore Ceturum genitos, cum donis ante mortem suam expedivit; Jacobus autem filios quoque pellicum heredes instituit, Gen. 21, 8, 21; 25, 1, 6; 49, 1, 17. Lex Mosaiica arbitrium patris non restrinxit, et filii pellicum regalem hereditatem partem tulisse videtur, quum et Jiphtach seu Jeophile, filius meretricis, conqueratur se sine hereditate domino paterna pulsus fuisse, Jud. 11, 1, 7. Filii non modo exheredes erant, sed et ipso, si coelites erant, ad hereditatem pertinebant, et a fratribus in matrimonium vendebantur, ut duxata defecut fratum ad hereditatem vocarentur, Num. 27, 2, 8. Si quis, prole orbus, ab intestato descessaret, de patrimonio eius dispositus lex Num. 27, 8, 11. Testamento vero quibus quæcumque, etiam servum, heredes instituere poterat, conf. Gen. 15, 3; iudei et illi, qui heredes necessarios habebant, nonnullam in favorem servorum fidem disponebant, Prov. 27, 8, 11. Vnde exheredes erant a filiis vel consanguinei sustentando, conf. 1 Tim. 5, 8, nisi testamento alterius dispositum fuisse; quare nonnunquam in domum paternam revertentur; sustentatio enim, quem heredes suppedithant, vobis persépe non respondet, aut non sufficiet, Gen. 38, 11, Ruth 2, 15; hinc prophete persépe in neglectum viudarum inveniuntur, Isa. 1, 26; 10, 2. Jer. 7, 6; 22, 5. Ezech. 22, 7. Conf. Exod. 22, 22, 24. Deut. 10, 18; 24, 17.

§ 168. *Servi.* — Societas domestica per servos seu mancipia magna incrementum cepit, quo plures patriarchæ, et postmodum quoque Graeci et Romani, quasi reguli etiam 20,000 solditorum fiebant. Servitus iam ante diluvium introducta et pervulgata fuit, Gen.

929. 25. Hebrei haevae poterant Hebreos et alienigenas seruos et ancillas; alienigenæ vero circumcidendi erant, et unicum verum Deum colere tenebantur, Gen. 17, 15, 17. Excepti erant soli Chananei, qui si in servitium receipi fuissent, jam ipsa sua multitudine nocuissent, atque idolatria et malâ fide Hebreos in summum disserimen adduxissent. Cabeonite, Cephiatæ, Beerothite, incolae Cariathiarum, federe per subscriptionem obtento, servis sacri tabernacula additi sunt, Lev. 27, 1, 8. Jos. 9, 1, 27.

§ 169. *Vies ad servitium.* — Origo servitutis conjecturis vix erui potest; quare vias, quae ad hanc vite conditione duebant, sine discriminione proponimus: I. Captivitas, quam permitti primam servitutis originem esse arbitrantur, Deut. 20, 14; 21, 10, 11. Gen. 14—II. Debita, quibus solvendis debitor non erat, 2 Reg. 4, 1. Jer. 50, 1. Math. 18, 25.—III. Furtum, cui resarcendo facultates furis non sufficiebant, Exod. 24, 2. Neh. 5, 4, 5.—IV. Plagium, quo homo liber tempore paucis in servitium redigebatur aut vendebatur, cui criminis, Exod. 21, 16, extremum supplicium deciderunt, quod Deut. 24, 7, ad eum restringitur, qui liberum hebreum in servitium rapuerit, et eo tandem servus usus fuisse, aut vendidisset.—V. Nativitas ex conthurbanti servil, cuiusmodi servi dicebantur domi nati, filii ancillæ, filii domis, Gen. 14, 14; 15, 5; 17, 25; 21, 10. Ps. 86, 16; 116, 16.—VI. Venditio, sive homo liber, rerum angustia pressus, se ipse, sive dominus servum alteri venderet, et hæc erat fieri communis ratio servos acquirendi. Num. 31, 4; 14, 18, 35. Hinc servi vocantur argento empi. Pretium diversis temporibus, et pro diversa mancipiorum estate, sanitate, destitutio et sexu, variabat; lex Exod. 21, 32, medium pretium, 50 sicos statuit, accuratius primum, sed etiam medium, Lev. 27, 1, 8, definitur.

§ 170. *Conditio servorum inter Hebreos.* — Servi à domini recipiebant victum et vestitum infime pleiorum sortis; que verò ab illis acquirebantur, domini erant, unde incruo duplo magis quian à mercenariis resultabat, Deut. 15, 18. Conthurbata frœ omnes, mutu domini, inibant; ast proles, quas gignebant, erant servi domini, qui, et si domini non complarent patrem, Gal. 4, 6. Rom. 15, 18, ei tantum, tamquam patri, addicti et fidelis erant; quare patriarcha illis arma credebat. Gen. 14, 14; 52, 6; 35, 1. Labores servorum erant, quæcumque dominus assignabat, plerisque autem rem rusticam et pecuniam exercabant; ancillas ad labores quoque domesticas adhibebantur. Servus perspicacior et fidelis exteris praefectus erat, qui excoquens, dicebatur, Gen. 24, 2; 47, 6; 1 Sam. 24, 7. 1 Paral. 23, 29, 50. Ruth 2, 5, et ceteris negotiis assignabat, et victum distribuebat, nisi hoc potestrem solerint materfamilias curaret, Prov. 31, 15. 4 Cor. 4, 1, 2, 9, 17. Gal. 4, 2. Eph. 5, 2. Tit. 1, 7. 1 Petr. 4, 10. Quipiam erant instructores vel padagogi filiorum, et quipiam domino ministrabant, uti et ancilla quipiam obsequia uxorum obibant. Hi paulo meliori sorte utebantur: ast apud dominos, nihil humani à se alienum putantes, etiam reliquorum con-

ditio tolerabilis erat, Job 51. Lex Mosaica vero, ut eorum conditio melior redderetur, statuit:

I. Ut servi humaniter habeantur; lex Lev. 25, 39, 53, de solis quidam servis origine hebreis discrete loquitur; quin autem alienigenæ per circumsisionem hebreis inserti essent, aliquatenus saltem ad omnes servos pertinebat:— II. Ut dominus, qui servum cùscumque originis, sive haeclo sive pugno occidisset, a judece pro arbitrio puniretur; si vero mors servi percussi, post unum alterum die mense sequeretur, dominus impunis erat, quia consilium occidendi presumi non potuit, etuctura servi, non sufficiens censabor, Exod. 21, 20, 21. — III. Ut servus, qui à domino, oculo vel dente, id est, quocumque membro Iesus esset, ipso facto libertatem manesceretur, Exod. 21, 26. — IV. Ut omnes servi sabato et alii quoque festis diebus, ab omni labore immunes quiescerent, Exod. 20, 10. Deut. 5, 14.—V. Ut ad convivias vocarentur, quæ ex secundis decimis instiuncta erant, Deut. 42, 17; 18, 16; conf. Math. 25, 21, 25.—VI. Ut, iuxta ius antiquum Job 24, 10, 11, de his quibus occupabantur, liberè manducare possent, Deut. 25, 4. Conf. 4 Tim. 5, 18. 1 Cor. 9, 9.—VII. Ut dominus manus manum trahit, et in Ecclesiæ christiana, ex gentibus collecta, max mutatum fuit, Gal. 5, 28. Coloss. 3, 10, 11. Phil. 10. 1 Cor. 12, 15. Eph. 6, 8. Prohibebantur vesci de illis, quibus occupabantur. Pollux in voce *σωτείραι*: matronum seu contuberniorum eis non facile concedebarunt; peculum eorum in arbitrio dominorum erat, et de eo dominis dona ferre tenebantur. Quibus felicitibus esse licuit, ut manumitterentur, nomen tamen habet *libertorum*, sive, atque etiam libri corum nomine *libertinorum* distinguuntur, ut taeciam immanitatem dominorum. Misera ergo era ubique conditio mancipiorum, et ingenii magnæ prerogativæ eminebant, de quæ Iudei Joan. 8, 53, gloriantur, et quam Paulus amplecti sudat, si jure obtemperare possit, 1 Cor. 7, 21, 25. Rom. 8, 15. Hinc paret, quid sibi velit comparatio peccatoris, aut etiam Iudei sub lege Mosaiica cum statu servitutis, atque christiani probi cum statu libertatis, Joan. 8, 52, 54. Rom. 6, 17. Jac. 1, 25. Comparatio illa peccatoris, jam philosophis usitata, Iudeis estate Christi apprimè nota fuit; quare Christianum Joan. 8, 51, 54, facile intelligere potuerunt, nisi nodum in scirpo querere maluerint.

CAPUT XI.

DE MORIBUS ATQUE RITIBUS CONVERSATIONIS

§ 172. *Mores Hebreorum.* — Indoles Hebreorum exhibet communia Orientalium vita, arrogantiam, luxum, pompar et molitatem. Arrogantia Hebreorum ultimi temporibus erat maxima, Talmud. Bab. metziyah, 85, 1. Joan. 8, 55. Oppressiones et extorsiones, atque dolos sub specie amicicitæ erant vita magnatum, quæ prophetæ perpetuo reprehendunt; occurunt tamen insignia quoque magnanimitatis exemplia, Gen. 14, 25; 44, 54. Jud. 8, 25. 1 Sam. 42, 5, 4; 18, 1; 20, 4, 8; 21, 14; 25, 16, 18; 24, 7, 12; 26, 9, 12, 1 Reg. 20, 51. Singularis Hebreorum per totam historiam est indocilias et inflexibilis Act. Ap. 7. Proclivitas ad idolatriam post exitum deusit; si haec insania, atque Machabeorum rursus Judeos permulsi politissimos invaserit, potiori tamen gentis parti non prevalebat. — Virtutes politicas erant industria in rusticâ, et fortitudo in bello, quâ quibusdam temporibus, imprimitis Davidis et Machabeorum, excellerunt,

§ 171. *Conditio servorum in aliis gentibus.* — Moses

— Virtutes morales laudantur in Bibiliis, præ ceteris justitia, quo nomine autem non rarò omnis vita integras, et puritas à sceleri, comprehenditur; deinde fides, fidelitas, sinceritas, humanitas, seu charitas proximi. Quam maximè etiam celebrantur mites. Et reliqua quidem officia in Bibiliis commendantur; ast cogitandum non est, Hebreos omnes his officiis satisficeris; imò plerique longè ab illis absunt, et numquam longius, quam ultimus temporibus, quibus legens Mosis philosophicus arguit pervertabant, et litterarum tenentes, à spiritu et scopo alienissimis, et inter omnes gentes à mendacis, imposturis et perjuris infames erant. Tacitus Hist. V, 5; 1 Thess. 2, 5; Eph. 2, 14. Hæc vita domini in ultimo contra Romanos helle, in rabiem degenerarunt, ut ipse Josephus Judeus candidè fateretur; confit. Matth. 12, 43.

§ 175. *Elegantia morum.* — Elegantia morum, et si non ad nostrum modum conformata, Hebreis numquā deficit, et Lev. 19, 32, momento religiosis firmata erat. Tot in Bibiliis occurrunt ejus argumenta, ut lector, potius excessum quem deficere argueret. Verò enim ex terram plague, et cuivis genti propria est morum et humanitatis ratio, et quidem ubique, si verba et gestus ad vivum resecentur, exorbitans; et quoniam Orientales sensu sua ferè verbis fortioribus exprimunt; non mirum est, id obtinere quoque in illis verbis et gestibus, quibus civilitatis officia exhibent et non amplius dicunt, quam nostra ejusmodi verba et gestus aquò exhortantur; ita prostrati in terram, vix plus innubat, quam nos nostri caput aperiendi, et se inclinandi. Orientales ferè omnes antiquissimos civilitatis ritus, qui Gen. 18, 1, 50; 19, 1, 5; 25, 7, 12; 41, 45; 42, 6, leguntur, et ab Herodoto aliisque antiquis referuntur, usque in nostram aetatem restinuerunt. Aetate Christi ex scholis honoris quoque compellatio נְאָזֶן, irrexit; alias enim usitata non erat, nisi compellatio, *dominus*, et aetate Christi οὐτεποτε, Luc. 1, 5; Act. 25, 26; 24, 5; 26, 25.

§ 176. *Salutatio.* — Salutatio et valedictio benedictionem quampli complectebatur; hinc *benedixit*, etiam venit pro *salutari*, *valedixit*, Gen. 47, 8, 11. 2 Reg. 4, 49; 10, 15, 4. Paral. 18, 10. Formula salutis erant *benedictus a Jéhová esto; benedic Dei sit super te; Deus tecum, seu tibi presto sit;* communis autem formula erat: *Pax (omnis prosperitas) sit tibi*, Ruth. 2, 4. Jud. 19, 20. Sam. 25, 6. 2 Sam. 20, 9. Ps. 129, 8. Pleniores salutabunt per: *Vite prospera, mi domine!* quod ab Hebreis nominis regibus acclamabatur. Graci dicebant *yezre*, Romani *sabre vel ave*, Luc. 1, 27, 28. Matth. 26, 49; 28, 9. — Corporis gestus pro diversa dignitate illius qui salutabatur, erat diversus, prout ab Orientalibus adhucum observatorum; nam pronuntiando illis salutationis formulas, manum dexteram imponit posteri sinistro, et caput graviter inclinat. Id in omni salutatione locum habet. Si vero Arabes salutant amicum, porrò sibi mutuo porrigunt dexteram, et quasi osculaturi levant, utriusque autem manum suam retrahit, campe, loco manus amici, osculator, et mox fronti imponit; si vero alterutrum

sublimioris est conditionis, alteri manus osculanda copiam facit. Tum salutantes sibi invicem barbam, manum eidem supponendo, osculator, quo unico casu licet barbam attingere. 2 Sam. 20, 9; aliqui, loco osculi, duntaxat genas sibi mutuo apponunt. Persæ os, vel si alter altioris erat dignitatis, genas invicem oscularuntur. 2 Sam. 20, 9. Gen. 29, 11, 15; 51, 55; 55, 4; 59, 11; 48, 10, 12. Exod. 4, 27; 18, 7. — Arabes porrò rogant de salute. Gn. 29, 6; 42, 27. 4 Sam. 46, 4. 2 Sam. 20, 8. Luc. 1, 20. Act. 20, 34. Deo de conspectu amici gratias agunt, orant pro eo Deum, et precantur omnem prosperitatem; atque salutationem, porro excommunicationem, osculum, interrogationem de salute, gratiarum actionem et preces, usque decies repetunt. Hæc amicorum salutatio longior est; hinc etiam olim festinatibus nuntiis incubabatur, ut neminem per viam salutarent, 2 Reg. 4, 29. Luc. 10, 4. Joannes, 2 Epist. 11, vetat quoque ne Christiani hominem hereticum salutarent, aut in dominum recipieren, nempe eo solo titulo, quod esti Christianus, alterius sectæ est; nam hæc salutacionis ratione, se ejusdem sectæ esse professi fuissent. — Coram magnatibus Orientales se ferè usque ad terram inclinant, et genu vel fimbriam vestis eam osculator, campe fronti imponunt; coram principibus et regibus verò se totos in terram prostrarent, vel genibus flexis fronte terram attingunt, et pedes illius vel terram osculator. Hæc Hebrei quoque usitata fuisse, ipsa lingua testatur; nun קָרַב אֵשׁ כִּי תְּמִימָד בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, נְתַנְּתָנוּ, se inclinare in terram, procumbere in terram, se facie in terram prostrare. Prostratio греческое, et latine adorare dicitur. Omnes hi gestus etiam in veneracione Deo exhibentur; Graci autem et Latini adorationem soli nunciū reservabant, Act. 10, 26. Apoc. 19, 20; 22, 9. Verbum τὸν σὸν adoratione idolorum occurrit, Isa. 44, 15, 47, 49; 46, 6. Aramaic autem et Arabibus latius patet, Dan. 2, 46; 5, 5.

§ 177. *Visitation.* — Qui alium invischat, ante jamnam clamabat vel pulsabit, donec dominus egressus, illum, si ita visum esset, introduceret, facta ante signo, ut alter sexus se in locum sumum subducere, 2 Reg. 5, 9, 12. Act. 10, 17. Magnatibus, non modo adventus prius significandus, sed etiam, prout nunc in Oriente mos est, dona convenientia ferenda erant; hospes demum cum omni pompa veniebat, et honorificissime excipiebatur, caput ejus ungebatur, et tandem aromaticis incensabatur, cuius vestigia Gen. 27, 27. Exod. 50, 37, 58. Prov. 27, 9. Num. 16, 6; 17, 18; 37, 53, occurrint. Incensum nostro aero est in Oriente indicium, hospiti redendum esse.

§ 178. *Dona.* — Ferre dona, Num. 22, 7; 16, 37; 24, 11, 25, in Oriente perulgatum est. Origo à primis regibus derivanda esse videtur, qui non mox tributa exibant, sed comiter suscepient, quod sponte offererant, 1 Sam. 10, 27. Id demum in consuetudinem abiit, ut, qui regem adibat, nunquam sine dono compararet, atque inde mos ad alios quoque magna-

tes, imò et ad aquiles, qui invisebantur, transivit, Prov. 18, 16. Reges verò ipsi quoque hunc morem observabant erga eos quos honorare volerant, quare domini ferè semper תְּהִלָּה et תְּהִלָּה dicuntur; imò et aliis regibus dona mittabant, 1 Reg. 15, 19. Isa. 50, 2, 6; 51, 1, 2, 56, 9. 2 Reg. 16, 8; 48, 14, 18. Antiquiores quoque prophetæ dona sibi oblata non recensabant, nisi forte ex indignatione, 2 Reg. 5, 6; 8, 9; quin autem pseudoprophete vaticinii sua pro ratione donorum ederent, propheta veri dona respuebant, Amos 7, 14. Hæc dona confundenda non sunt cum dono תְּהִלָּה dicto, quo iudeæ corrupserunt; id enim omni aëris reputatum fuit, Exod. 25, 8. Deut. 10, 17; 16, 19; 27, 25. Ps. 15, 6; 26, 10. Isa. 4, 23; 5, 25; 55, 15.

§ 177. *Conditio et apportatio donorum.* — Deno offerebatur, quocumque utile esse poterat, non modo armentum, aurum, vestes, arma, sed etiam alimenta, que nonnumquam erant minutiæ, Gen. 45, 11. Sam. 9, 7; 16, 20. Job 42, 11. Res tamen minutiæ non ipsi magnitudine, sed in usum domesticorum offerantur, prout adhucum in Oriente moris est, 1 Sam. 23, 27. Reges et magnates alii, nempe ministri, legatis, aut peregrinis, crudelitis, etc., fore vestes donabant, Gen. 45, 22, 25. Dan. 16, 29. Esth. 8, 15. Reges habebant, תְּהִלָּה, seu concilie, in quo magna harum vestium copia asservabantur, 2 Paral. 9, 24. Major honor erat, si rex aut magnas vestem, quia indutus erat, de corpore detractus domabat, 1 Sam. 18, 4. Quicunque autem adhucum in Oriente à rege vestem recipit, eam mox indueret, et homagium prestare tenetur, nisi iram regis excitare vellet; confit. Matth. 22, 11, 42. Nonnumquam rex omnibus hospitiis ante convivium vestes donabat, quibus indui accumabant, 2 Reg. 10, 22. Gen. 45, 22. Apoc. 5, 8. Cyropaed. VIII, 5. Iliad. XXIV, 226, 227. — Doina in Oriente adhucum, ad reges et magnates, ab hominibus et jumentis singulari cum pompa portantur, et quodlibet, etis pondere levissimum, à singulari viro amabus manus, aut etiam a jumento fertur, Jud. 3, 18. 2 Reg. 8, 9.

§ 178. *Honores publici.* — Summus honor exhibetur in Asia magnitudine, legatis et regibus solemniter urbem vel aulam ingredientibus. Maximum est populi concursus; fenestræ illa paucæ, in plateis respiciunt, aliis interclusæ, recludentur, et, ut ipsa tecta plana, spectatoribus complentur; plateæ, ne pulvres existentur, aquos rigantur, et horibus, frondibus arboreis et tapetis sternuntur, ut non maneat, nisi semita ingredientibus. Spectatores plaudunt manus, et undique jubila resonant, quim alijs res in silentio salutari, 2 Sam. 16, 15. 1 Reg. 4, 10. 2 Reg. 9, 15. Isa. 62, 41. Zach. 9, 9. Matth. 21, 7, 8. Primi incedunt musici, 1 Reg. 18, 46. 1 Paral. 15, 27, 29, quos sequuntur ministri et servi, denique ipse rex, omnes generosus equis vecti; olim verò reges etiam curribus, afflèbris factis, vehabantur, Gen. 41, 45. 2 Sam. 15, 1 Reg. 45.

Quidnam simile in Asia exhibetur non modo illis qui

ad religionem Muhammedis deficiunt, sed etiam pueris, qui Koranum perdidicunt; impunatur enim generoso equo, et precedentibus musici, atque comitantibus et clamantibus reliquis discipulis, deducuntur per urbem; unde loca Gen. 41, 45. Esth. 6, 7, 9, 1 Sam. 10, 5, 10, aliquam lucem capiunt.

§ 179. *Conversatio Balneum.* — Conversatio, quæ antiqui Orientales tempus fallebant, erat in janu urbis, ubi spatium, prout adhucum in Mauritania cernitur, pro concessa adaptatum erat, Gen. 19, 1, 2 Sam. 19, 5. Ps. 69, 45. Considerantes hoc loco otiosi spectabant intromicte et excutes, nundinas et judicia, quæ hic quoque agitabantur. Gen. 19, 1; 54, 20. Ps. 26, 4, 5; 69, 15; 127, 5. Ruth. 5, 11. Isa. 44, 51; 13, 4. Confabulationes non quidem frequentes, neque tamē adeo rara, ut in modernis Asia domibus Kalue, fuisse videantur; antiqui enim Orientales, qui vino indulgebant, multò erant vivaciores; Hebrei saltem, ut ex Isa. 50, 29; Jer. 7, 34; 50, 19; Amos 6, 4, 5, constat, musicæ delectabantur, confabulabant, saltabant, et cantabant. Ast ambulare illis, sicut moderni Orientales, sub calido climate modestum fuisse, facile credimus; quare potius in urbis janua, vel sub sicu aut vite considerabant, 1 Sam. 22, 6. Mich. 4, 4. Hinc consensus perspè memorantur, Ps. 1, 1; 107, 32; 89, 8, 111, 1; 64, 5; 50, 21; 26, 5. Balnea autem Orientales nullò non tempore erant acceptissima, Ruth 5, 3. 2 Sam. 11, 2, 2 Reg. 5, 10. Caloris enim sunt refrigeratio, et pulveres, corpori molestos, abstergunt; hinc, ab altero preserim sexu, adeo frequentantur, ut merito delectantem accenserit possint. Antiquiores Ægypti in Nilo se balneabant, Exod. 2, 5; 7, 15, 25. Herodot. II, 57. Hebreis balneum, munditiae causa, legi prescriptum erat, Lev. 14, 2; 15, 1, 8; 17, 15, 16; 22, 6. Num. 19, 6. Hinc probabile est, in Palestina paulo post, publica balnea, quale nunc in Oriente frequenta conspicuntur, edificata fuisse. — In colloquio Orientales aquissimi sunt, nec facile contradicunt, cisi observant mendacia ipsi narrari. Hebreis, reprobatibus summis indicium erat cognitio תְּהִלָּה, adversarius, vel תְּהִלָּה sputatis, seu contumelias, aut etiam תְּהִלָּה status, quod idem sombat ac athens et scleratas. Job. 2, 10, Ps. 14, 1. Isa. 52, 6. Matth. 5, 22; 16, 25. Thanchuma, p. 8, 2, p. 8. Si quid insanus prolatum fuit, dicebant: Sufficit, lozavet, Deut. 5, 26. Luc. 22, 38. Formula affixandæ: Tu distis, vel resti distis, ei εἶπες, adhucum, teste Aryda, in monte Libano eo usitata est, quod quis affirmat, disertis verbis exprimere non vult. — Exspuere coram alio in cubiculo, ubi pavimentum tapetis opertum est, rusticatum olet; ast remolo tapeto in angulo expuere, nemo vita verit. Quare loco Deut 25, 7, 9, eò magis ad literam explicandum est, quid et alijs quoque vehementiores in foro indagationis affectus occurrant, Matth. 26, 67. Marc. 14, 63, conf. 1 Reg. 22, 24. Isa. 57, 4. Ezech. 2, 6, 25, 6. 2 Sam. 6, 7. — Ceterum abunde notum est, Orientales amare meridianum somnum, ad quem calesores climatis invitant, 2 Sam. 5, 11, 2 Matth.

25; quod dicit phrasis: *Potes tegere*, Jud. 5, 24. 1 Sam. 24, 4.

§ 180. *Mores erga peregrinos.* — Humanitatem erga peregrinos, Moses gravissimis momentis incalvauit, et exemplis quoque in Genesi adductis, ad eam invitavit. Duplex quidem genus peregrinorum lex distinguit: alterum coruus qui, sive alienigeno, sive Hebrei, domo carebant; et alterum alienigenarum, qui domum in Palestina habebant, sed utroque iisdem humanitatis officiis prosequendos, et eodem eum civibus iure habendos esse statuit; parvissima in antiquo orbe alienigenarum prerrogativa, Lev. 19, 35, 54; 24, 16, 22. Num. 9, 14; 15, 14. Deut. 10, 18; 25, 8; 27, 17; 27, 19. Peregrini inter Hebreos olim se bene habuisse videntur; à Davide et Salomon ab labores quidem dominicale adstricti fuerunt; id autem era communis illo auro iuri 1 Paral. 22, 2, 2. Paral. 2, 4; 16, 17. Verum tate Christi alienigenas ab officiis humanitatis excludebant, atque ipsum nomen ἄλλο, interpretatione ad omnes solitos deterrerunt, eti loca supra adducta repugnant, Lev. 19, 18.

§ 181. *Pauperes et mendici.* — *Pauperibus*, ut suprassim vidimus, leui Mosaiaca abunde providit; ast de mendicis nullam facit mentionem. Primi mendici memorantur Ps. 57, 25; 109, 10, atque deinceps numquam deferuntur. *Ætate Christi* sedebant in plateis, ad janus divitium, ad portas templi, et probabilitis quoque ad janus synagogarum, Marc. 10, 46. Luke 16, 20. Act. 5, 2. Dabantur ipsi jam cibi, jam etiam nummi, Matth. 26, 9. Marc. 10, 6. Luke 16, 21. Nondum ostiatio vagati fuisse videntur, prout nunc in Oriente, eti minus frequentes, quam in Europâ, ostiatio quoque mendicant; morem autem, clangore lucerne vel coru, petendi eleemosynam, qui à Muhammedanis monachis, *Kalendar vel Karendel* dicuntur, observatur, jam tate Christi obtinuisse, ex Matth. 6, 2, liquet; ubi εὐπάτερι in Hippoliti seu Hippeti, transitive capiendum est, ut plura alia verba in novo Teste hoc sensu occurruerint, 1 Cor. 1, 20; 5, 6; 8; 5; 15, 1, etc. Ceterum, siipem Orientales nequaquam misericordiam seu eleemosynam, sed justitiam compellari conveuerint, Job 22, 7; 15, 16; Prov. 5, 27, 28; 21, 21, 24, 5. Eccl. 4, 1; 14, 15, 14. Matth. 6, 1. Koran 17, 28; 30; 37; 702, 4. Lexic. Buxtorf. Chal. Th. Rabb. p. 182.

§ 182. *Immunditia.* — Immunditiae, quae non solum à sacris, sed etiam à consortio hominum archein, erant adjuncta vel contagiosa, vel de periculo contagii suspecta, vel saltem abominabilia. Pleraque in lege recentissim Hebrei jam ante legislationem observabantur, Gen. 34, 35. Lex Mosaiaca eas tantum accurritus definit, ut Hebrei per eas quoque, ab aliis gentibus separarentur, et à periculo seductionis ad idolatriam remotores essent; addidit quoque ritus, quibus mundati, societati restituereunt. Immundi neminem tangebant; quos verò attingebant, aequè immundos redabant, et omnes sacro tabernaculo et templo exclusi erant, Lev. 15, 5. Immundi verò erant: 1. Leprosi, qui extra urbes et pagos habitabant; veste lugubri et

lacerata induit, nudo capite, operto mento incedere, et occurrentibus acclamare tenebantur; immundus, immundus, Lev. 15, 45. Num. 5, 1, seq. — II. Gororrhæa, sive hennigia, sive virulentæ laborantes, Lev. 13, 5. — III. Qui quacumque ratione, etiam concebitu legitimo, semen emiserant, immundi erant usque ad vesperam. Lev. 15, 16, 22. — IV. Puerperæ post partum filii, 7. post partum filie, 14 diebus immundi erant, sequentibus 55 vel 66 diebus à sacro tabernaculo vel templo et sacrificiis archein, Lev. 12, 1, 6; 13, 16, 28. — V. Menstruatae, et etiam mortifico fluxu sanguinis laborantes, erant immundi, quamdiu fluxus perdurabat, Gen. 31, 35. Lev. 15, 19, 21. Matth. 9, 10. — VI. Qui attigit cadaver hominis aut animalis ossa mortuorum, vel sepulcrum, et qui erat in territorio, cubili vel domo morientis vel mortui, sepius dies immundi erant. Sacerdotes per sola quoque signa luctus de defuncto contaminabantur, ideoque illis signa luctus nominis de mortuis parentibus, probilis, fratribus, et sororibus virginibus, in domo paternâ existentibus, permissa, summo autem sacerdoti de quocunque mortuo prorsus interdicta erant. Lev. 5, 2; 11, 8; 11; 24, 51; 21, 4; 5; 10, 11. Num. 19, 11, 15.

CAPUT XII.

DE MORBIS.

§ 183. *De morbis generatim.* — Primâ mundi tate homines, simplicissima vita ratione videntes, per paucis morbis fuisse obnoxios, et sequentibus denum actibus, non modo morbos novos invalidus, sed etiam diversi etiatus diverso fuisse morbos epidemicos, et percepit curribus ferre plage et regioni proprios fuisse et esso quosdam morbos, nemo harum recum medocirerit peritus negabit. Quinam morbi in Egypto et alius ejusdem climatis regionibus plerisque graviter, paucis complexus est Prosper Alpini de Medic. Egypt. l. 1, c. 15, p. 15; sunt nempe oculorum liptitudines ophthalmia, lepra, phrenitides, articulorum dolores, hernia, renum et vesicae calculi, phlyctes, obstructions hepatis liskeniæ, stomachi imbecillitates, febris tertiana, ardentis, hecticæ, et pestientes. Ex his ophthalmia, febris pestilentæ et phrenitides epidemicæ grassantur, alii verò morbi sparsum observantur. — Morbi in Scripturâ commen- ratos, et aliunde minus notos, paucis narrabimus.

§ 184. *Morbus Philistiorum.* — Morbus Philistiorum, 1 Sam. 5, 6; 12, 6, 18, dicitur בְּלִזְבָּן, quod nomine etiam Deut. 28, 27, occurrit, et ubiquè in kiri, nomine arameo, בְּלִזְבָּן, explicatur, quod syracæ, Βελιζβαν, policeum, et nisus exonerantis ventrem, significat; igitur auctores hebrei note marginalis, cum Iosepho Arch. VI. 1, 1, dysenteriam intellexisse videntur. Apud Arabes, *ayphal* est tumor in anteriori parte vulva, hernia virorum similis, qui autem longè absit ab hemorrhoidibus, de quibus aliqui בְּלִזְבָּן explicantur. His quoque mures non convenient, qui 1. 1 Sam. 6, 5, 12, 16, 18, et in Alexandriâ et Vulgata versione etiam 1 Sam. 5, 6; 6, 5; 11, 18, memoran-

tur. Quare Lichtenstein mures, בְּלִזְבָּן, de solpugis fatalibus exposuit, que ad genus quidem aranearum pertinent, soricibus tamen similes sunt, ut mures dici possint. Vescontur scorpionibus, et, cùm eos querunt, morient homines, præstorum in podice et podudu, unde tuberculæ mortifera (Τριχη) orientur, Plinius, Hist. nat. L. XXIX, 4. S. Solpuga itaque fatalis in regione Philistiorum, singulari Dei providentia, illo tempore multiplicata sunt, et multos homines læserunt.

§ 185. *Morbus regis Joram.* — Rex Joram, idololatra et parricida fratrum, duos annos, sicut ipsi propheta Elias perit, 2 Paral. 21, 12, 13, allegatis, prædixerat, intestinis laborat, et tandem viscera gessiso dicuntur, 2 Paral. 21, 18; 19. Ille morbus dobro procul erat dysenteria, seu fluxus ventris, quam tanto tempore continuare nequaque inauditus est. Viscera hoc morbo exulcerantur, et ex ipsis cruris cum stercore aliquo, semper liquido, et cum quibusdam quasi mucosis matat, atque nonnunquam etiam carnosam quedam ramenta simili descendunt.

§ 186. *Mola ventosa.* — Hebrei solebant post calamitas, hiacinem rerum communionem expectare; quare seruumnas horribiles et sequentibus parturient, et meliorum tandem sortem latè denum partum comparabant, Isa. 15, 8; 26, 17; 2 Reg. 10, 5; Jer. 4, 5; 15, 21, 22, 25; 50, 6; Mich. 4, 9, 10; Joan. 16, 21, 22. Hinc longius progressi, res adversas, quas alii rowis adversitates sequentur, comparantur morbo, quo mulieres correpte, gravidae esse videntur, et omnia gravitatis incommoda sentiunt, denum vero non parunt nisi molam ventosam, Isa. 16, 18; Ps. 7, 15.

§ 187. *Patria lepra.* — Lepra Egypti. Astra antea, et generatim climati calidiori proprius morbus est; hic inter Hebreos, Egypti emigrantes, plures etiam infectos fuisse nihil mirum; ast omnes et laborantur, et ideo Egypti pulso fuisse, Martello somniavit, quem oscitantes sentiunt Strabon, Tacitus, Justinus Trogus, et recordatores nonnulli. Morbus quidem est abominabilis, et hinc ab antiquis pro singulari pena Dei habebatur, atque ab Hebreis quoque *plaga*, et *plaga scutica* nemeo divina, dicebatur, Num. 12, 4, 10. 2 Reg. 5, 25; 15, 5, 26, seqq. Herodot. I, 143. Ast reges Egypti, qui, testibus omnibus antiquis, frequentiam populi ritu assimilabant, longè aberant, ut ob morbum endemicum, ultra ducentas myriades hominum regione sua expellerent. Et alioquin id reliquo historie repugnat, que nos docet, Pharaonum populum exitum postulantem, exire diu non permisso, et egressum insectatum fuisse. Quod sanè non fecisset, si ob lepram populum exire compulisset.

§ 188. *Initia et progressus lepra.* — Lepra se in cœte quidem exteriori exercit; sed etiam telam cellulosam, immo osso quoque et modullam, aique articulos ossium inficit, ut extremi membrorum articuli sensim emoriuntur, dissolvantur et decidant, et corpus horrendum in modum multitumor. Hinc liquet, materiam morbi in externa partis propelli ex internis, in quibus per plures annos, in infantibus plerisque usque ad puber-

tatem, in aditus 3 vel 4 annos latet, donec in cœte se insuet; abbine progressus rursus lento est, et post plures denum annos medium; atque post plures rursus annos extream gradum assequitur. Qui à nativitate leprosus est, 30, et qui deinceps infectus fuit, adhuc 20 annos tristissimos vivere potest. — Eruptio morbi, non quidem semper eadem, plerisque tamen macula est exigua, instar punctura acis, vel impetigo, vel serpigi. Macula plerisque subiò, et quidem ferè in circa circu masum aut oculos oritur, et per aliquot annos dilatatur, donec magnitudinem lenti assequatur, hinc lentigo vel lenticula; si ex serpige orta est, morpha alba; si autem ex impetigine, morpha nigra, dievit, Lev. 13, 2; 12, 39; 14, 56. Haec omnes maculae, vel manifestæ, vel occultæ lepram indicant, a quibus Lev. 13, 6, 8, 29, distinguuntur serpigo innoxia et impetigo innocua; Moses Lev. 15, distincte explicat, quae sint macula leprosa, quae innoxia. Macula leprosa sensim dilatatur, donec progressus temporis terminus corporis occupent. Non solet universa cutis prorsus destruunt, sed totu quoque machina corporis affectu. Dolor quidem non vehementes, sed debilitas magna, et tristitia est anxia, immo et impetus ad autochiriam frequentes, Job 7, 15. Denique morbus transit in quatuor genera perfecta lepra: nempe in lepram elephantiam, in qua præsertim articuli membrorum solvuntur et decidunt, ac corpus horribili modo mutilatur; et in elephantiam album, in vitiliginem nigram, seu psoram, Deut. 28, 27, 35. Lev. 21, 2, 22, et in lepram rubram, seu alopecia. Mors denique agrotum periclitante incipiens obrepit, sed morbum non finit; nam hic plerisque transit in posteros usque ad tertiam et quartam generationem. In generatione quartâ, si non ipsa lepra, salem dentes immundi, halius grave oleum, et color morbidus adest. Nihilominus leprosi a procreandis liberis, quos miserimos futuros prævenit, vix abstinent; vehementissime enim stimulis canis jacantur. Morbus inficit quoque eos, qui concubitu, vel multa contractatione cum agroto agunt; unde liquet, merito latas fuisse leges illas de inspectione et separazione leprosorum, in quibus tamen id solem spectabatur, ut verè leprosi dignoscerentur, et e societate hominum removerentur. Quare non omnia indicia lepra, aliunde induita, sed ea sola, que in contentionem venire poterant, attinguntur, et sacratibus, quorum cursus ars medicina commissa fuit, certa lepra indicia notantur, ut leprosas maculas ab innoxius discernere possent. — Ceterum non omnis lepra ejusdem est malignitas; gravior omne medicorum arum fallit, levior in principio sanari potest; quid si verò malum jam latit serpit, remedium non est, quo ager sanari posset.

§ 189. *Pests.* — Pestis morbus aquæ terribilis, sed nequaquam tam diurnus est; infectos enim plerique citò aut post pauco dies interimit. Peste, ut multis videtur, etiam à Deo peruersus fuit exercitus Semachorib, 2 Reg. 19, 33, ubi pestis primo impetu, quo vehementissima esse solet, potuit 185,000 militum perire, si praedæ aegyptiacæ, peste infectæ, per-

castra disperse fuerunt; hinc funera prius manu
observata fuisse referuntur (1).

§ 190. Morbus Saulis. — Spiritus Domini, qui à Saûl recessit, esse videtur coll. 1 Sam. 16, 15 (2) recta ei generosa animi affectio; atque spiritus malus à Domino, qui 4 Sam. 16, 14, 15; 18, 10; 19, 9 (3); Saûlē obrequisit, et exterruit, insania, qua sibi ideam fixit se esse prophetam, et hinc se gessit prophetaem, 1 Sam. 18, 10 (4). Ideo aucti Sanilis Davidem vocarunt, ut modulacione sua citharae Sanielum recrearet eisque insaniam abigeret, quod David ei prestitit. Conf. Eman. Sa ã 1 Reg. (Sam.) 18, 10. Janssens, I. c. vol. I, p. 547.

§ 191. Morbus Nebucadnezaris (Nabuchodonosoris). — Quod adhuc fata Nebucadnezari, de quibus sermo est, Dan. 4, certum nobis est, ea, qualicunque, Deo immeđitate concurrente, illi accidisse. Id enim patet ex sonnō, quod solum Daniel interpretabat vv. 4, 6, 16, seqq., et ex voce v. 28, seqq., de celo facta, que triste nuntiū, cum Daniilis ad resipiscientem extorquentem monitum v. 24, non audiret, regi repetit. Nec immediatus hic Dei concursus sine suo gravi destituitur, cum regem a superbia revocaret et ad agnitionem summi colorum regis perducere v. 34, tunc conserret ad cognitionem inuicem inter gentes propagandam divinamque Daniellis legationem confirmantem. Ceterum quod Nebucadnezari immensus erat, habemus insaniam, quā opinabatur, se in bestiam esse immutatum, idēque, more bestiarum vivebat; hinc Dan. 4, 51, 55, atq; se rursum usum rationis receperit.

§ 192. De paralyticis. — Paralysis in novo Fodere memorata, non est, ex usu loquendi recentiorum medicorum, explicanda; antiqui enim, ut Ritchie Diss. Med. Theol. p. 73, seqq., demonastravit, plures hominem infirmitates complexi sunt, nempe 1^a paralysia;

1^a Menochius, Commentar. ad 4 Reg. 19, 35: *Quo genere mortis occurrerunt, non habeamus ex sacro testo traductum Hebrei, et ex iis Aluanis, et Cojetanis, Argopis ab Areo igne, i. e., pestilenzia, ut dicit Josephus, pessime percussus.*

(2) Calmet. Comment. in 4 Reg. 16, 25: *Dicitur enim spiritus Domini in Davidem. Deus communicebat illi spiritum fortitudinis, consilii, sapientiae, prudentiae, magnanimitatis, liberalitatis, atque ut verbo me expeditum, omnes animi corporis virtutes, ut optimo rege regirerintur.*

(3) Calmet. l. ad 14 Reg. 14: *Exigitobat enim spiritus niger a Domine Iudeam testem, quoniam non Christiani auctores (Calmet, Corn. Lactant., etc.) adiacebant, asserentes Salis morium a melancholia, ac atra vite inflammatā fuisse profectum; ita ut hypercondriaci et mania corrugata esset; credet mox hujus accessus, symptomata, quo eosdem comprobantur, ac medica, que illi solam aliquod affectebat, sententiam hanc probé confirmant. Saïs liquet, quoniam sint mania effectus, et quòd eos, qui hoc morbo laborant, proripiati. S. Joannes Chrysostomus in hom. 4 de Davide et Saïle, de Saïlis morbo loquens, eum maniam appellat, ac arti David, qui coram rego cithara psalmebat, videtur tribulare levamen, quod rex subinde percipiebat.*

(4) Calmet l. c. ad cap. 18, 10: *Saïs hinc spiritu malo torquebatur, vel simpliciter atra vite successu agitabatur.*

2^a hemiplegiam, que undū tantum lateris vires resolvit; 3^a paraplegiam, que impotenter motus partis in paribus sub servico postis; 4^a catalepsim, que ex contractione muscularum vel totius corporis vel partis, e. g., manus oritur, et pericolo mortis minante caret, hoc mortali sit, ut, e. gr., manus non possit extendi, vel extensa non possit retrahi, et simili minatur, et quasi arescat; quare ab Hebreis dicitur *manas astuta*, 1 Reg. 15, 4, 6, Zach. 11, 17, Math. 12, 10, 13, Joan. 5, 5; denique 3^a tetanum, morbum terribilem, in Oriente frequenter, qui ex nocturnis refrigerationibus oritur; artus nempe quicunque, e. gr., manus, fit immobiles, et jam intorsum flectuntur, ut agrotus homini in questione torto, *fracturatio*, similis sit, et eodem ferè dolores, *parescere*, sentiant; mors pauci diebus sequitur, Math. 8, 9, 10, conf. Luc. 7, 1, Machab. 9, 33, 58.

§ 193. De demoniacis seu erguementis. — Accedimus ad tractandam questionem, que presertim, inde à 50 annis multas excitat turbas. Sententiam de accommodatione dogmatis Jesu et Apostolorum ad erroras sua statim vulgaris opiniones, quam teste S. Ireneo excitigurum Gnostici, locis quoque illis novi Fodere in quibus de demoniacis agitur, applicare studerunt Becker in opere: *Die bezauherte Welt*, et Farmer in: *Versuch über die Demonischen des N. T.*, quos alii senti, cum illis contendunt, omnes qui in libris novi Fodere demoniacos vocantur, fuisse agrotos, puti epilepticos, melancholicos, insanos, vel furientes; quare expressiones de demoniacis olim usitatas de solo modo expouant, quo plerique priscis illis temporibus hoc morbos explicabant, et denominabant. Ad stabilendam suam sententiam provocant quoque ad experientiam medicorum. — His iure repugnant theologi et interpres, inīo et medici cordati antiquam Ecclesie doctrinam sequentes oīa loca in novo Fodere obvia, quia, sive violentia et secundum sanas hermeticas regulas explicata, indicant demoniacos revera à maligno spiritu fuisse agitatos. — Notandum dignissimum est, quod scribit Dr. J. Pareau in Antiqu. heb. Traj. ad Rhenum 1825, p. 465: *Negari quidem non potest a Judais, cum recitatione etate magna demonibus in homines tribuere assecuerisset, morborum nonnullorum causa quiescere posset extraordinarium, ubi nulla nisi ordinaria adesse. Veramnam salvō Scriptorum sacrorum, ipsiusque Jesu divini auxiliore, nemo omnia loca, que de demoniacis agunt, ex ista opinione probabiliter exponat.*

Copiosius de hac controversia egere Augustin., Calmet, Dissert. de obscenis Demonibus, Dan. Töbenz opp. omn. tom XII, Dr. G. C. Storr. Dissert. de sensu histor. in opuscul. academ. vol. I. W. Fr. Gess Briefe über einige Theol. Zeit-Materien, besonders über den Accommodations-Grundsatz, W. T. Lang in Glatz et Süsskind Magazin für Dogmatik und Moral, Fase. X. C. Fr. Eiferts Untersuchung, Fr. Leop. comes Stolberg in Historia religiosa Jesu Christi P. V. append. 5. Eschenbach script. medic. Bibl. Rostochii, Br. H. A. Schott in programm., quo sententia recen-

tis defensa de iis naturis, que in libris noui Fodere *balpoes* audiunt, ab angelis lapsis, et Satana prorsus distinguendis, examinatur. Iena 1821, etc.

Ceterum cum in hac controversia scipius necessarius provocetur ad accommodationem, quia Jesus et Apostoli usi sint, non incongruum putamus breviter precipere.

§ 194. De accommodatione Jesu et Apostolorum. — Ex lectione Evangeliorum resolut, Christum, cum populum instrueret, se in multis hominum capitib; locorum et temporum adjunctis accommodasse; atque in hoc quam maxime eluet divina ejus sapientia, et paternus affectus in humanis. Hinc sermoni usus est piano, et populari, et parabolico, quo Orientales prodiuntur, et nubilum perniciuos errores, quoniam populare et inveteratum est demoniologia Chaldeorum adaptatum prajudicium dedemoniacis; quare se illi accommodarunt. VI. Miracula, quae Christus sanando agrotos, demoniacos dictos, paravit, nihil in hac hypothesi de sua magnitudine perdunt. VII. Demoniaci sed natatoris morbo affecti erant. VIII. Ex 2 Petri 2, 4, constat spiritus malos ad iudicium asservari; quocum eorum adventus in terram, ut homines torquent, conciliari non potest.

